



re ad eliciendum actum fidei ejusdem speciei cum nostro; at tunc non est motio voluntatis; ergo &c.

Bonus: potest quis habere fidem, & simul odium omnium supernaturalium: at tunc non est in eo pia affectio ad res fidei ergo &c.

Præterea: actus fidei aliquando non elicitur libere, ut cum elicitur sine deliberatione: sicut & aliquando elicitur actus infidelitatis: sed tunc non est pia affectio voluntatis; ergo &c.

XIII. Respondo ad primum, neg. absolute maj. Casu enim, quo Deus auferret ab homine voluntatem, etiam posset in eo ponere habitum fidei: non tamen posset ipsum obligare ad actum fidei, qui in illo esset impossibilis, ob carentiam voluntatis, a qua essentialiter dependet. Nisi forte Deus seipso suppleret defectum voluntatis, immitto speciale motio- nem, quo moveretur intellectus ad assentiendum credibili sibi proprio.

Ad secundum, nego simpliciter maj. Cum enim homo crederet sine infusa, ex pia affectione ad supernaturalia; implicet, habere fidem infusam, & simul odium totale omnium supernaturalium. Quare, propter defectum pie affectionis, fides infusa nec est in Demoniis, nec in Damnis, ut dicitur.

Ad tertium dico, actum fidei, si absque deliberatione elicitur, pendere a motione voluntatis per actum subitum, & indeliberatum moventem intellectum ad assensum. Unde semper verificatur, fidei assensum a motione voluntatis pendere: si fuerit liber, a motione libera, si necessarius, a necessaria,

S. IV.

Aliaque pro pleniori Notitia Pie Affectionis.

XIV. Ex dictis infero primo: Præfatam piam affectionem inclinantem intellectum ad actum fidei divine debere esse actum voluntatis supernaturalis. Tum quia; hoc statuit Conc. Arausicum II. cap. 5. damnans: Si quis fides augmentam, in eam credimus, qui justificat impium. . . non per gratia donum, id est, per inspirationem Spiritus Sancti, corrigeniem voluntatem nostram ab infidelitate ad fidem, ab impietate ad pietatem, sed naturaliter nobis inesse dicit. Tum quia; præfata pius affectus est initium fidei supernaturalis ergo nihil cum Semipelagianis sentiamus, debemus asserere, eum esse ordinis supernaturalis, & non naturaliter nobis inesse.

XV. Infero secundo: Quod si præfata pia affectio est supernaturalis, etiam judicium illam regulans debet esse supernaturalis: quia actus mere naturalis nequit regulare actum supernaturalem, ut idem Concil. Arausicum II. cap. 7. statuit ex illo Pauli, 2. ad Cor. 3. v. 5. Non quod sufficienter simus, legitur aliqua a nobis, quasi ex nobis.

XVI. Quæro igitur primo: A quo principio elicitur illa pia affectio? Respondo, quod pia affectio, quia ex dictis supernaturalis, non elicitur a voluntate nuda sumpta: sed ut elevata aliquo principio supernaturali, non per modum auxilii transeuntis, sed per modum qualitatishabitualis, cui debetur hic & nunc auxilium. Cum enim voluntas debeat esse permanenter disposita, & habitualiter bene affecta erga res fidei; debet habere aliquid habitualiter in ipsa permanentem, quo sit disposita. Hujusmodi tamen qualitas habitualis non habet modum habitus, sed dispositionis, quia datur ad actum imperfectum, & per modum viæ, & inchoationis: & ideo ex se non habet firmitatem, etiamsi eam fortitudo ex influxu charitatis. Ex quo sequitur, qualitatem hanc habituales datam ad piam affectionem, non esse quartam virtutem theologiam; cum sit quid imperfectum in genere virtutis, & spectans redutive ad fidem, sicut inchoatio eius.

XVII. Quæro secundo: Quomodo sit iudicium regulans piam affectionem? Respondo, piam affectionem, ad actum fidei infuse requisitam, non regulari a iudicio credibilitatis mysteriorum fidei: quia cum hujusmodi iudicium sit entitativè naturale, non potest per se regulare piam affectionem, quæ, ut diximus, est entitativè supernaturalis. Neque regulatur a iudicio fidei: quoniam fides non præcedit piam affectionem, sed ad eam sequitur, utpotè inclinantem intellectum ad actum fidei. Regula igitur pia affectionis erit iudicium supernaturale antecedens fidem, quod præcise proponit voluntati ipsum credere, ut consonum, & conveniens ad adipiscenda bona reposita: ex hac enim propositione excitatur in voluntate pia affectio erga res fidei, qua inducitur intellectus ad assentiendum mysteriis fidei.

XVIII. Sed dubitabis. Hoc iudicium, cum sit de rebus supernaturalibus, non potest esse clarum: quia de his, dum sumus in hac via, non possumus formare iudicium evidens; ergo erit obscurum, sicut est iudicium fidei; ergo sicut ad hoc requiritur pia affectio, ita & ad illud: & sic in infinitum.

XIX. Ad hanc dubitationem respondeo, iudicium illud regulans piam affectionem esse obscurum; elicitive procedens ab intellectu illustrato a Spiritu Sancto movente illum ad considerationem bonorum, que Deus repositis credentibus in eum: applicative autem a pio affectu voluntatis indeliberato, excitato in illa ab ipso Deo. Unde non est abundum in infinitum.

Rem. nono in praxi. Vult Deus, ut ego libere credam mysteria fidei: quid ergo facit? Primo movet intellectum meum ad cogitandum de illis: hac cogitatio excitat in mea voluntate affectum indeliberatum credulitatis circa illa. Voluntas, facta in actu per hunc piam indeliberatum affectum, excitat in intellectu iudicium præcicum de convenientia, &

XIX.

utilitate credendi: & vi hujus voluntas deliberatè, ac pie affecta se movet ad inclinandum intellectum, ut credat: & tandem intellectus credit. Ecce omnia in plano passiva.

DUBIUM II.

An ad Justificationem, & Glorificationem sit necessaria Fides: necessitate mediæ, & qualis Fides?

S. I.

Resolutio Prima Paris.

I. Idem, tamque in Christum, esse, ac fuisse semper unam, immo primam inter dispositiones ad justificationem requisitas; alibi ostendimus, & præcipue Tom. I. in 1. 2. in Tract. de Justificatione. Modo quærimus: An ita sit necessaria ad justificationem, tum ad glorificationem, ut sit necessaria necessitate mediæ. Pro quo sciendum, dupliciter dici aliquid necessarium necessitate mediæ, & necessitate præcepti. Necessitas præcepti est, quando aliquid, etsi non sit simpliciter necessarium ad salutem, quia tamen est preceptum, est observari necessarium; ita ut ejus defectus impediatur salutem, si quando erit adhibendum; non adhibetur, ut Communio in Pâschate. Necessitas mediæ dicitur, quando aliquid tale est, ut sine eo finis, puta, salus, ullo modo haberi non possit.

II. Dico primo, Fides divina supernaturalis est necessaria necessitate mediæ, tum ad justificationem, tum ad glorificationem. Prob. primo. Necessariam esse ad justificationem, docet Paulus, Rom. 1. v. 17. Justus autem ex fide vivit, Rom. 3. v. 28. Arbitramur enim, justificari hominem per fidem. Cap. 10. v. 10. Corde enim creditur ad justitiam. Ad Ephes. 2. v. 8. Gratia enim estis salvati per fidem, & hoc non ex vobis, Dei enim donum est. Hoc etiam docet Trident. Sess. 6. cap. 7. ubi dicitur, Sacramentum Baptismi esse Sacramentum fidei, subdit: Sine quo nulli unquam contigit justificationem. Et cap. 8. Fides (inquit) est humana salutis initium, fundamentum, & radix omnis justificationis; sine qua impossibile est placere Deo. Et ad glorificationem per fidem, Secundo. Necessariam esse fidem ad glorificationem, sententia Domini definitum est, Marci ultimo v. 16. Qui vero non credit, & non baptizatus, non poterit ingredi Regnum Cælestium. Quæ explicans Bernardus, Epist. 77. (cunc Tract. de Baptismo cap. 2.) notat; quod Christus Cælesti, & vigilanter non respicit: Qui vero baptizatus non fuerit; sed natum, qui vero (inquit) non creditur, condemnabitur: nimirum, innocens, solum interium fidem sufficere ad salutem; & sine ipso sufficere nihil. Quapropter estis martyrium vicem Baptismi posse implere conceditur, non plus hoc facit paræ; sed ipse fides. Nam obijce ipse, quid est martyrium, nisi pæna? Quod Christus pronuntiavit; Joanni. 3. v. 18. his verbis: Qui credit in eum, non judicatur. Qui autem non credit, jam judicatus est, quia non credit in nomine Unigeniti filii Dei. Et quidem cum justificatio sit medium necessarium ad glorificationem, in qua nihil coinquatur intrabite (Apoc. 21. v. 27.) si fides est necessaria necessitate mediæ ad justificationem, etiam erit necessaria eadem necessitate ad glorificationem.

III. Quod autem fides, que sine ad justificationem, five ad glorificationem necessaria est, debet esse supernaturalis, non solum obijctivè, quia scilicet rem supernaturalem attingat; sed etiam intrinsece, & entitativè in hoc sensu, quod principia actus, quo credimus, supernaturalia sint: statuit olim Ecclesia contra Pelagianos, & Semipelagianos, & vultissime in Tridentino Sess. 6. Can. 3. his verbis: Si quis dicere, sine præconione Spiritus Sancti inspiratione, atque eius adiutorio hominem credere. . . posse, sicut oportet, ut si justificationis gratia conferatur, anathema sit. Si ergo fides necessaria ad justificationem, & salutem debet provenire ex præveniente Spiritu Sancti inspiratione, debet esse supernaturalis entitativè; illa enim, que supernaturalis est tantum extrinsece, & obijctivè, ut in hæreticis, ex Spiritu Sancti inspiratione non est.

IV. Ratio autem D. Thom. hæc 2. 2. quæst. 2. art. 3. est: Quia creatura rationalis, cuius finis in aliqua supernaturali perfectione, nempe, in visione Dei consistit, nequit ad illam pervenire, nisi prius ut discipula educatur a Deo Doctore, juxta illud Joann. 6. vers. 25. Omnis, qui audit a Patre, & didicit, venit ad me: omnis autem sic addicens, oportet, ut prius credat Deo Magistro suo cum docenti ea, que sunt supra naturam, antequam ad perfectam scientiam perveniat; unde Philosophus docuit lib. 1. Elench. cap. 2. Oportet addiscenem credere; ergo necesse est, ut homo ad visionem supernaturalem perveniat, quod prius credat Deo Doctore, & ideo fide supernaturali, qua sola Deo credimus.

S. II.

Solutio Objectionum.

V. Primum obijctum aliquid sentientes, fidem necessariam ad justificationem, & salutem, non esse entitativè supernaturalem. Apostolus ad Rom. 1. vers. 20. & 21. dicit, Philosophos gentiles esse inexcusabiles, quia, cum cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt. Quibus duo habetur: unum, quod Philosophi gentiles habuerunt cognitionem sufficientem ad justificationem: alterum, quod illa cognitio fuerit mere naturalis, utpote cognitio gentilis sine fide: ergo cognitio natu-

naturalis sufficit, alias si non sufficeret, non dicerentur inexcusabiles.

VI. Confirm. primo. Idem Apostolus, Hebr. 16. v. 6. dicit, accedent ad Deum per fidem Oportet credere, quia est; & quia inquiruntibus se remunerat sit. Hæc autem duo ratione naturali cognosci possunt: nam Deum esse, ratione naturali cognosci potest; cognitio autem, Deum esse, statim cognoscitur, eum esse jussum, ac proinde remuneratorem.

VII. Confirm. secundo. Rom. 2. vers. 13. & 14. dicit, & quod Factores legis justificabuntur; & quod Gentes, que legem non habent, naturaliter ab, qua legis sunt, faciunt; & quod ipsi sibi sunt lex; & ergo cognitione naturalibus viribus potest lex impleri, & homo justificari.

VIII. Respondeo, negando, Philosophos gentiles habuisse cognitionem sufficientem ad justificationem: dicuntur tamen inexcusabiles, quia male utendo cognitione naturali, quam habebant de Deo, non glorificando illum, sicut cum cognoscabant; indigni facti sunt, ut illuminarentur per fidem.

IX. Ad primam Confirm. dico, Apostolum non velle, ut accedens ad Deum per fidem, teneatur credere, Deum esse, præcise ut auctorem nature, & remuneratorem in presenti vita bona temporalia largiendo: sed ut auctorem supernaturalis, ac providorem præmiis etiam in alia vita, ac æterni. Cum enim dicit, Oportet credere, loquitur de fide, quam superius desiderat, esse substantiam sperandum rerum, argumentum non apparentium; & deinceps loquens de fide veterum Patrium dicit, quod a longe expectabant reprobitionem Civitatem, nempe, meliorem, id est, Cælestem, propter quam multi multa in hac morali vita passi sunt. Unde e. 12. v. 2. concludit: Assipientes in auctorem fidei, & consummatorem Jesum. Loquitur ergo de fide, qua credit debet; Deum esse auctorem nature, & remuneratorem in Patria Cælesti; & proinde de fide infusa, ac supernaturali.

X. Ad secundam Confirm. Jam superius agentes de necessitate gratiæ diximus, sine gratia, & consequenter sine fide, non posse totam legem impleri; & propterea observo, Apostolum non dicere absolute: Gentis, que legem non habent, naturaliter ea, qua legis sunt, faciunt, quasi omnia, qua legis sunt, faciunt: Gentes, que legem non habent, & id est, quando Gentes, que legem scriptam non habent, aliquid, que legis sunt, faciunt, natura ducit, ut honore prærentes, dare eleemosynam, reddere matuum: hoc faciunt lege sibi naturaliter imita: ex quo sequitur matuum, non tamen opus legis sine fide fieri posse, nec omnia infidelium opera esse peccata, ut contra Insensuum ostendimus, non tamen omnia; aut sine fide posse aliquem justificari. Quando autem Paulus dicit: Factores legis justificabuntur: intelligendum est de illis, qui totam legem faciunt, quod sine fide, & Dei gratia contingere nequit. Dici etiam potest cum S. Aug. de Christiano, & licet. c. 27. S. Prospero contra Collatores cap. 22. Et D. Thom. 1. 2. quæst. 109. art. 4. ad 2. Paulum loqui de Gentibus jam ad fidem conversis, que per naturam gratia reformatam, & adiutam omnia, qua legis sunt, facere possunt: Hæc enim agit Spiritus gratiæ, ut imaginem Dei, in qua facti sumus, inhaereat in nobis (ait S. Augull. apud S. Thom. citatum.)

XI. Utramque hanc solutionem probat S. Thomas in e. 2. ad Rom. Lect. 2. his verbis: Sed quod dicit, naturaliter, debitationem habet. Videtur enim patrinarum Pelagianis, qui dicebant, quod homo per sua naturalia poterat omnia præcepta legis servare. Unde exponendum est, naturaliter, id est, per naturam gratia reformatam. Loquitur enim de Gentibus ad fidem conversis, qui qua auxiliis gratia Christi operante mortalitatis legis servare vel potest dici, naturaliter, id est, per legem naturalem ostendendum est, quid sit agendum, secundum illud D. Paul. 6. Multi dicunt: quis ostendit nobis bonum? Signatum est &c. Quod est lumen rationis naturalis, in qua est imago Dei: & tamen non excluditur, quin necessaria sit gratia ad movendum assensum, cap. 3. & tamen ulterius requiritur gratia ad movendum assensum.

XII. Secundo obijctum. In lege nature nullum fuit præceptum, nisi naturale: ex hoc enim vocatur lex nature, ergo tunc nullum erat præceptum credendi fide supernaturali: ac proinde credere non erat medium ad salutem necessarium.

XIII. Respondeo, nego antec. Lex enim nature non ideo talis dicebatur, quia nullum haberet præceptum supernaturale: sed dicebatur lex nature, ad differentialis legis scriptæ. Quia scilicet præcepta five naturalia, five supernaturalia, que tunc dabantur, erant in natura, id est, in cordibus hominum scripta: naturalia quidem per lumen naturalis rationis: supernaturalia vero per internam illustrationem, non vero in tabulis lapideis, sicut potest.

XIV. Tertio obijctum. Homo contentus in sylvis, semotus ab hominum consortio, vel in remotis regionibus apud barbareos, ubi nihil unquam audivit de fide, nec audivit prout via ordinaria, fidem potest; ergo possibilis est salus sine fide.

XV. Respondeo, nego consequ. Ut enim alibi dicitur est: si talis homo fuerit, quod in se est (tamen per gratiam Dei movetur) faceret rationis ductum, & legem naturalem observando, absque aliquo miraculo, sola providentia Dei ordinaria, ad quem pertinet, dare necessaria saltem remota ad salutem, salvari potest. Daret enim illi Deus, vel internam inspirationem, & illuminationem de fide; vel mitteret ad eum prædicatorum aliquem; qui ipsum in fide, & necessarius ad salutem influere, sicut misit Petrum ad Cornelium. Ita

Quæst. Theol. Tom. II.

docet S. Thom. 9. 14. de Veris. art. 11. ad 1. Quod si talis homo legem nature non observaret, damnaretur; non quidem ob infidelitatem, que in eo esset inculpabilis; sed ob peccatum originale, & alia peccata actualia contra legem nature ab eo commissa.

XVI. Quarto obijctum. Unicusque rei ex conditione fide nature prævisa sunt illa, que sufficient ad ultimum finem consequendum: sed homo ex conditione fide nature non habet fidem rerum supernaturalium; ergo illa non est necessaria homini ad suum ultimum finem, nempe, salutem consequendum.

Confirmatur. Perfectius est, quod potest per seipsum consequi finem, quam quod non potest per seipsum; sed alia animalia possunt ex principiis naturalibus consequi fines suos; cum ergo homo sit eis perfectior, videtur; quod cognitio naturalis sit ei sufficiens ad consequendum suum finem, & sic non egeat fide a Deo infusa.

XVII. Hinc obijctum cum sua confirmatione respondimus Tom. 1. in 1. par. tract. de Visione Dei quæst. 1. dub. 3. S. 3. n. 17. & 18. ex S. Thom. 1. 2. q. 51. art. 5. ad 1. & 2. Modo iterum respondeo ex eodem Sancto Doctore quæst. 14. de Veris. art. 10. ad 1. quod loquendo de fine non excedente facultatem nature, vera est major: loquendo de fine excedente facultatem nature, sufficit, ut habeat capacitatem ad principia, per que ad illum finem pervenire possit. Unde S. Thom. Dicendum (inquit) quod homini in conditione sua natura perfecte proviatur, in quantum ad illum finem consequendum, qui est in potentia nature, dantur principia sufficientia, que sunt causa illius finis. Ad finem autem, qui facultatem nature excedit, dantur principia, non que sunt causa finis, sed quibus homo est capax eorum, per que pervenitur ad finem; ut enim dicit Augustinus, posse habere fidem, & charitatem, natura est hominum; habere autem est gratia Fidelium.

XVIII. Ad Confirm. Respondeo ex eodem ibidem ibi ad 5. Quod homo perfectior est aliis animalibus, nec tamen determinata sunt sibi ab ipsa natura, que sunt necessaria ad finem consequendum, sicut aliis animalibus, propter duas rationes. Primo. Quia homo ad ultimum suum ordinatur, & ideo extrinsece pluribus auxiliis indiget ad ipsum consequendum, & sibi naturalis principia non sufficientia, nihilominus perfectior est. Secundo. Quia hoc ipsum est in homine perfectior, quia multiplicitate via potest habere ad consequendum suum finem; Unde non potest in una via naturali determinari, sicut aliis animalibus; sed loco omnium, que natura aliis animalibus proviavit, data est homini ratio, per quam & necessaria viam via sibi parare potest, & disponere se ad recipiendam auxilia divinitus futura vitæ.

S. III.

Resolutio Secunda Paris.

XIX. ISO, ad justificationem, & glorificationem requiri fidem, & hanc supernaturalem, superest modo quæret: an hæc fides debeat esse actualis, an sufficiat habitualis; & quantum procedit, tam de parvulis, quam de adultis.

Circa parvulos turpiter erravit Lutherus, dum in parvulis, qui ante usum rationis baptizantur, requirit actualem fidem; seu fiduciam, qua justificentur. Quod certe est reddere impossibilem justificationem parvulorum, cum talis actus sic eis impossibilis sit. Hic autem error fundatur in alio, quom Tom. 1. in 1. 2. reſultavit, nempe, quod sola fides sit, que justificet.

S. Augustinus lib. 10. de Gens. ad lit. c. 14. esto in parvulis qui baptizantur, non requirit, ut justificentur, actum proprium, & personalem ipsorum; videtur tamen requirere actum fidei eorum, qui eos affertur. Attamen.

XX. Dico secundo, Ut infans in Baptismo justificetur, non indiget fide actuali propria, vel eorum, qui cum illarum, vel parentum, indiget tamen applicatione fidei Ecclesiæ. Quod non indigeant fide actuali propria, jam patet ex dictis, cum hæc sit in eis impossibilis. Quod nec requiritur fides parentum, vel aliorum, qui eos Baptismo affertur, probatur. Nam etiamsi parentes, & Patris, immo & filiales essent, dummodo Baptizans intentionem habeat vere baptizandi, & verba dominice præferat, infans valide baptizatur, & a culpa originali mundatur; & tamen Infideles non habent fidem, nec actualement, nec habitualement supernaturalem; ergo nulla præcedente fide in parentibus &c. potest infans justificari: ita ut, si ante usum rationis cum mori contingat, salvetur.

XXI. Quod vero indiget applicatione fidei Ecclesiæ, probatur. Cum enim Baptismus sit Sacramentum fidei, ut valde, & fructuose conferatur, requirit indispensabiliter fidem Redemptoris, juxta illud Marci 16. vers. 16. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit &c. ergo in eo, in quo non potest esse fides actualis propria, requirit fidem Ecclesiæ, que detere non potest, est in aliis deficit. Antec. probatur, quia, ut Baptismus fructuose conferatur, debent applicari merita Christi; merito autem Christi solum applicari possunt credentibus in Christum: In parvulis autem nequeunt applicari per fidem actualement, vel habitualement propriam; ergo per fidem Ecclesiæ.

Quomodo autem fides Ecclesiæ eis applicatur, & per quem actum; dico, eis applicari illa voluntate, qua Ministri vult, verum Baptismus conferre parvulo; hoc enim ipso pia mater, Ecclesiæ accipit illum tamquam suum, credit pro illo, ejusque fide merita Christi parvulo applicatur; & Sacra-

Z 4

mentum remissionem peccati originalis simul cum gratia iustificante ei conferatur. Circa adulescentiam vero, certum est, ut iustificentur, & salventur, requiritur fides actualem necessitate precepti. Dubium est: an requiratur etiam necessario necessitate medi: ita ut, qui in infantia habitum fidei una cum gratia recipit, & paulo post adventum usus rationis moritur absque ulla gratie interruptione, indigeat, ad salutis aeternae consecutionem aliquem actum fidei clicuise: an vero fides habitualis accepta in Baptismo, absque ullo actu, sufficiat. In hoc, quidquid aliqui sentiant.

XXIII. Dico tertio. Ut adulescentiam aeternam consequatur, necessarius est necessitate medi actus fidei supernaturalis ita, ut habitualis non sufficiat. Probo primo ex Christi verbis, Marci 16. vers. 16. Qui vero non crediderit, condemnabitur. Secundo. Quia, in sententia Sancti Thomae, homo perveniens ad usum rationis debet indispensabiliter se convertere ad Deum tali conversione, ad quam sequatur iustificatio: sed ad hanc conversionem necessario requiritur fides actualis, quae est initium, fundamentum, & radix iustificationis, ergo &c. Tertio. De lege ordinaria a Deo statuta, cum adulescent nequeat ingredi gloriam per modum hereditatis, sed per modum contractus, requiritur indispensabiliter, ut in illum ingrediatur per meritum; sed meritum praemii supernaturalis non est sine influxu charitatis; influxus autem charitatis, non est sine influxu actualis fidei, quae fit, vel actu, vel virtute, ergo &c.

Dixi secundum legem ordinariam, quae Deus statuit, ut adulescent nec iustificetur, nec glorificetur sine motu liberi arbitrii, juxta illud Zachariae 1. Converterimini ad me, & convertar ad vos. Et juxta illud Augustini Serm. 169. alias 15. de Verb. Apost. cap. 11. Qui fecit se sine te, non te iustificat sine te. Ceterum de lege extraordinaria Dei aliter evenire posse, non negamus.

XXIV. Sed dices. Potest quis adulescent, absque actuali Baptismo in re, cum solo voto ejusdem iustificari, & salvari; ergo pariter sine actuali fide.

Resp. neg. conf. Si enim adulescent non potest salvari sine voto Baptismi, nequit salvari sine actuali fide: nam sine ista nequit habere votum Baptismi. Deinde dico: qui non recipit Baptismus in re, habet tamen votum Baptismi, quo iustificatur, & meretur. Ac si non habeat fidem actualem in re, non habebit ullum meritum. Quis autem audivit in Ecclesia Catholica, posse adulescentem salvari absque ullo merito? Magis ergo est necessaria fides, quam Baptismus realiter susceptus, quia fides est omnino primum salutis initium, & totius merito radix: Baptismus autem, in re susceptus, est consequens initium salutis, & fide posterior.

DUBIUM III

Qua credibilia necessitate precepti credenda sint explicite.

S. I.

Circa praemissurum.

I. Praemittendum censo, quid sit, explicite aliquid credere, quid vero illud credere solum implicite. Explicite enim aliquid credere, est illud in particulari, & secundum proprios terminos credendum credere. Implicite autem aliquid credere, est, illud credere solum in generali, & ut contentum in alio, velut principio generali, explicite cognito. Eo modo, quo cognoscens principia universalis, nec defendens ad cognoscendas conclusiones, quae ex illis principiis possunt deduci, dicitur habere cognitionem solum implicitam conclusionum: qui vero conclusiones ipsas secundum proprios terminos cognoscit, dicitur habere cognitionem explicitam conclusionum non solum principiorum, sed etiam conclusionum. Sic qui ex animo credit totum id, quod Ecclesia credit; explicite quidem totum hoc pronuntiatum credit: implicite vero credit, septem esse Sacramenta, & alia, quae in illo generali credito continentur. Qui autem etiam credere distinet, & scillatim secundum proprios terminos singula particularia credibilia, quae credit Ecclesia; explicite credit, non solum illud credibile generale, sed omnia, & singula credibilia in particulari.

II. Praemittendum etiam est, seu potius recolandum ex dictis dub. precedenti, quid sit necessarium credere necessitate precepti, quid vero etiam necessitate medi. Illud enim est credendum necessitate precepti, de quo est preceptum, ut credatur: ceterum praefato precepto, sine tali fide, saltem explicite, possit homo iustificari, & salvari. Id vero est credendum necessitate necessitate medi, sine qua fide absolute non potest iustificari, & salvari; ita ut nec ignorantia excuset.

III. Suppono, ut certum ex D. Thom. hac quae. 2. art. 5. quovis tempore fuisse necessarium homini, aliquid explicite credere, & praesertim illa duo, quae Paulus ad Hebr. 11. v. 6. proponit, nempe: Credere oportet accedente ad Deum, quia est, & inquirentibus se remuneratur sit. Haec enim, cum sint principia, & fundamentum omnium credibilium, non possunt credi implicite, nimirum, in aliis explicite cognitis, in quibus continentur: quia ex quo prima credibilia sunt, non continentur in alio credibili, sed omnia credibilia continentur in ipsis. Unde S. Th. loco citato concludit: Quantum ergo ad prima credibilia, quae sunt articuli fidei, tenetur homo explicite credere, sicut tenetur habere fidem. Quantum autem ad alia credibilia; non tenetur homo explicite credere, sed solum impli-

cite, vel in preparatione animi, in quantum paratus est credere, quidquid divina Scriptura continet. Sed tunc solum in quosdam tenetur explicite credere, quando hoc sit constitutum, in doctrina fidei contineri.

S. III.

Resolutiones Dubii.

IV. Deo primo. Modo in lege gratiae necessarium est necessitate precepti credere non solum in communi id, quod credit Ecclesia, sed etiam alia fidei mysteria explicite. Probat primo. Quia, ut refert Eimericus, Distict. Inquis. part. 2. quae. 10. oppositum huius auctoritatis Gregorii XI. damnatum fuit ab Archiepiscopo Tarraconensi. Secundo. Quia hoc docet D. Thom. cum verbis supra relatis. Tum quae. 14. de Verit. art. 11. ubi hae habet: Quod oportet aliquo explicite credere ab omni fidei, ex hoc apparet, quod accipio fidei se habet in nobis respectu ultima perfectionis, sicut accipio discipuli de his, quae sunt primo a Magistro traduntur, per quae in anteriora diriguntur: non autem possit dirigere, nisi actu aliquo consideraverit. Unde oportet, quod discipulus, quod videlicet quilibet aliquid explicite credat. Sicut ergo discipulus, ut ad ulteriora procedat, debet a Magistro accipere consideranda prima principia scientiae: ut ex illis possit ad ulteriora, nempe, conclusiones particulares procedere: ita Fidelis debet a Deo accipere prima credibilia, eaque explicite credere; ut exinde ad alia particularia credibilia procedat. Et haec maxime sunt duo illa credibilia, quae Apostolus dicit, Hebr. 11. Accedentem ad Deum oportet credere, quia est, &c.

V. Dico secundo. Quilibet homo tenetur ulterius credere explicite omnes articulos fidei, qui per se pertinent ad fidem catholicam: utpote articulos contentos in Symbolo Apostolorum pertinentes ad divinitatem, & humanitatem Christi, ad finem vitae aeternae, & media ad illum perveniendi. Probo primo ex D. Thom. in 3. dist. 25. quae. 2. art. 2. quae. 3. Fides explicite ad hoc necessaria est, ut Fidelis intentionem suam in finem ultimum dirigat: sed credere solum in communi, quod credit Ecclesia, praesertim modo in lege gratiae, in qua fuit peccata, & instituta multa ad finem ultimum consequendum necessaria, non sufficit ad dirigendum intentionem in finem ultimum; ergo. Min. docetur ab eodem S. D. ibi quae. 4. ad 2. Ad dirigendum enim in finem, non solum oportet cognoscere finem, sed etiam ea, sine quibus in finem iri non potest. Quia vero a fine, ad quem sumus creati, sumus per peccatum aversi, & ad illum reparari per Christum Filium Dei Patris; qui assumendo carnem nostram Passione sua, ac Morte Deo nos reconciliavit, nobisque reditum ad amitam beatitudinem aperuit, & ac media, quibus ad eam intrudicemur, praescripti: ideo cognoscere, & credere debemus non solum in Deum creatorem, sed in Filium ejus Redemptorem, & consequenter non solum in Deum unum, sed etiam Trinum. Et proinde per invocationem Trinitatis fidem primo profitemur, quia per missionem divinarum Personarum, Filii, & Spiritus Sancti reparatio nostra consummata est: nempe, per Filii Passionem, & Mortem, & gratiae S. Spiritus effusionem in Sacramentis, aliisque mediis ad nostram iustificationem, & glorificationem institutis.

VI. Quamvis autem quovis tempore necessarium fuerit credere mysterium Incarnationis Filii Dei, & consequenter mysterium Trinitatis; quia in mysterio Incarnationis Christi hoc continetur, quod Filius Dei carnem assumpserit, quod per gratiam Spiritus Sancti Mundum renovaverit, & iterum quod Spiritu Sancto conceptus fuerit: & ideo eodem modo credi debet unum, ac alterum, ut docet D. Th. hac quae. 2. art. 6. attamen, ut tradit ibidem art. 7. diversimode oportuit credi secundum diversitatem temporum, & personarum.

VII. Nam (inquit S. D.) ante statum peccati homo habuit explicitam fidem de Christi Incarnatione secundum quod ordinatur ad consummationem gloriae; non autem secundum quod ordinatur ad liberationem a peccato: quia homo non fuit praesens peccati facti. Videtur autem Incarnationis Christi praesens fuisse, per hoc, quod dicitur: Propter hoc relinquit homo patrem, & matrem, & adheret uxori suae, ut habetur Genes. 2. Et hoc Apostolus ad Ephes. 5. dicit: Sacramentum magnum esse in Christo, & Ecclesia. Quae quidem Sacramentum, non est credibile, primum hominem ignorasse.

VIII. Post peccatum autem fuit explicite creditum mysterium Incarnationis Christi, non solum quantum ad Incarnationem, sed etiam quantum ad Passionem, & Resurrectionem, quibus humanum genus a peccato, & morte liberatur: aliter enim non praesens Incarnationis Christi Passionem quibusdam Sacrificiis, & ante legem, & sub lege. Quorum quidem Sacrificiorum significatum explicite Major cognoscerebat: minores autem sub velamine illorum Sacrificiorum credentes, ea divinitus esse dispensata de Christo venturo, quadammodo habebant velatum cognitionem. Et... ea, quae ad mysteria Christi pertinent, tunc distinctius cognoverunt, quanto Christo propinquiores fuerunt.

IX. Post tempus autem gratiae revelatae nam majores, quam minores tenentur habere fidem explicitam de mysterio Christi; praesertim quantum ad ea, quae communiter in Ecclesia solemnizantur, & publice proponuntur, sicut Christi Incarnationem, seu Conceptum, Nativitatem ejus ex Virgine, Passio ejus, Mors, & Sepultura, Descensus ejus ad inferos, Resurrectio, Ascensio in Caelum, Adventus ejus ad iudicium, Sancti Spiritus descensus in Apostolos. Alias autem subtiliores consideraciones circa Incarnationem articulos, tenentur aliqui magis, vel minus explicite credere, secundum quod convenit aetati, & officio unius-

ejusque. Hoc etiam docet quae. 14. de Verit. art. 11. Quare minoribus sufficit credere generales articulos: Ut Deum esse unum, & Trinum: Filium Dei esse incarnatum, & mortuum, & resurrexisse: Quomodo autem Filius procedat a Patre, & Spiritus S. a Patre, & Filio: Quomodo facta sit Incarnatio, an in natura, an in supposito, & similia: non tenentur explicite minores credere, sed in fide majorum.

X. Omnium praefatorum articulo rum fides explicite, saltem quoad substantiam, adeo cuique necessaria est, ut ex veteri Ecclesiae praescripto, nemo admittendus fit ad Baptismus adulescentis, nisi prius Symbolum memoriter tenuerit. Quare Concil. Bracarense II. cap. 1. velatum, dist. 4. de Consecrat. caq. 55. statuit: quod Anno viginti diebus Baptismi ad purificationem exorcismi Catechumeni concurrant: in quibus viginti diebus omnino Symbolum, quod est Credo in Deum Patrem omnipotentem, spiritum sanctum decessat, id est, ut explicat Glossa, sensum verineant. Quod repetitur de Baptizandis, ex Concil. Laodicensi c. 46. Et c. Non liceat ibidem. Et S. Augustinus Epistol. 67. modo 227. refert, quendam a Deo graviter percussum paralyti; quae ante Baptismus Symbolum non tenuerat, aut fortasse tenuerat recitaverat, & se non potuisse, excusaverat: a quo liber non extitit, nisi postquam peccatum suum scripto confessus est, ac Symbolum didicisset. Constat ergo, praescripto Ecclesiae teneri omnes Symboli articulos explicite credere.

XI. Dico tertio. Omnes tenentur etiam explicite credere Sacramenta a Christo instituta: Baptismus quidem, Poenitentiam, & Eucharistiam absolute: Alia autem, quando volunt ea suscipere. Probat generaliter ex dictis cum S. Thoma. Quia, ut quis fit bene dispositus circa finem, debet esse instructus de mediis, quibus pervenitur ad finem: haec autem sunt Sacramenta. Specialiter autem probat: De Baptismo quidem, & Poenitentia. Quia sunt Sacramenta necessaria ad salutem, ut docet D. Thom. 3. p. 9. q. 65. a. 4. Baptismus quidem, absolute, & simpliciter: Poenitentia vero, supposito peccato mortali post Baptismus. De Eucharistia vero Sacramento specialis ratio est. Nam cum in illo realiter, & substantialiter continetur Christus, illud expresse credere tenetur; ut in illo Christum veneremur, & ad illum, qui sic nobiscum esse voluit, nostra dirigatur intentio, & de tanto beneficio debitas ei gratias agamus. Alia vero Sacramenta tunc explicite credenda esse, quando ea suscipimus, patet: quia hoc requiritur, ut debita reverentia ea suscipiamus, dum cognoscimus effectus, quos nobis praestant, & finem, ad quem dantur.

XII. Dico quarto. Illa dogmata explicite credi debent, quae contra modo praefatas haereses sepius a Pastoribus inculantur. Cuiusmodi sunt, his secularis veritas Corporis Christi in Eucharistia, necessitas Confessionis, invocatio Sanctorum, Purgatorium, usus, ac utilitas Indulgentiarum, cultus Imaginum: quia haec fide Catholica a modernis haereticis feceruntur. Alia vero, quae nec expresse impugnantur, nec per se pertinent ad finem, tamquam media, quamvis sint fide tenenda, quia a Deo revelata: non tamen tenentur quilibet ea explicite credere, sed solum implicite, & in preparatione animi, in quantum paratus est credere, quidquid divina Scriptura continet: sed tunc solum ea explicite credere tenetur, quando hoc ei constituitur, in doctrina fidei contineri, ut docet D. Thom. hac quae. 2. a. 5.

S. III.

Aliqua obstantia proponuntur.

XIII. Contra dicta obijci potest primo, Homines rudes nesciunt, quid sit Deus Auctor supernaturalis; ergo non tenentur habere fidem explicitam existentiae illius, sed sufficit implicita.

Respondet, quod licet homines rudes nesciant in actu signato, & doctriniter, Deum esse auctorem supernaturalis; sciunt tamen, & credere explicite tenentur, dari Deum conferentem gratiam, & gloriam tamquam aliquid indebitum, & utitur vere excedens: ad hoc enim nulli deest lumen sufficienter.

XIV. Obijci potest secundo, Eo ipso, quod quis cognoscit bonitatem Dei, potest Deum supernaturaliter diligere, etiam non credat, eum esse bonorum supernaturalium remuneratorem: ergo licet ad iustificationem necessarium semper fuerit credere, Deum esse, non tamen remuneratorem esse.

Respondet, neg. ant. Licet enim ad amandum Deum super omnia sufficienter credere, eum esse infinite bonum, tamen hoc solum credere non sufficeret ad iustificationem. Cum enim homo rationaliter iustificetur, debet explicite cognoscere finem, propter quem iustificatur, qui est, ut ab eo, qui modo iustificat, & in filium adoptat, accipiat hereditatem filiorum, quae est gloria. Unde est ipsa iustificationis natura semper necessarium fuit credere, quod is, qui hic iustificat per gratiam, fit futurus remunerator per gloriam.

XV. Obijci potest tertio. Non fuisse semper necessarium, Incarnationem explicite credere. Probo. Quia Angeli eam ignorarunt. Unde Eph. 2. v. 8. quae dicitur: Quis est iste Rex gloriae? Secundo. S. Jo. Baptista testimonio Christi major inter natos mulierum, Math. 11. explicite mysterium Incarnationis non cognovit, cum a Christo quaesivit: Mith. 11. Tu es, qui venturus es, an alium expectamus? ergo &c.

XVI. Respondet, neg. ant. Ad primum cum S. Thom. hac quae. 2. a. 7. ad 1. & 2. de Verit. a. 11. ad 4. dico, quod Angelos non omnino latuit mysterium Regni Dei, ut Augustinus dicit, l. 5. de Genesi, ad litter. cap. 19. cum de ipso, per Angelos, etiam prophetae sint instructi: quaedam tamen rationes

particulares perfectius cognoscerebant, Christo revelante. Vel quia dum Apostolus iam praedicantibus mysterium Galatibus inculcatur, videbant praesens, quod iam futurum ante praesentant. Videantur quae diximus Tom. 1. in 1. p. 9. 5. de objectis cogit. Ang. dist. 4. S. 2. num. 9.

Ad secundum, neg. antec. cum D. Thom. hic quae. 2. a. 7. ad 2. Joannes enim Baptista de adventu Christi in carne non quaesivit; cum ipse hoc expresse confessus fuerit, dicens, Jo. 1. v. 34. Et ego vidi, & testimonium perhibui, quia hic est Dei. Et insuper eum passurum dixerat v. 29. Ecce Agnus Dei, ecce qui tollis peccata mundi. Quod si hoc multo ante praesentant Prophetarum, inter quos Iasias cap. 63. eo magis noverat Joannes, qui, teste Christo, fuit plerumque Propheta. Quaevis ergo, vel, ut dicit Gregor. Homil. 6. in Evangelium, non de adventu in carne, sed adventu, vel descensu ad inferos: an in propria persona esset ad Limbum descensus: hoc enim cum nondum esset impletum, non tenebatur explicite scire. Vel, ut dicit Ambrosius in Lucam cap. 7. non inquirebat ex dubitatione, vel ignorantia, sed ex quadam pia admiratione. Vel tandem quaesivit, non quia ipse ignoraret: sed ut dicit Chrysolomus. Homil. 17. in Mattheo, ut per Christum satisfaceret suis discipulis. Unde & Christus ad discipulorum instructionem respondit, signa operum ostendens.

XVII. Obijci potest tertio. Omnes aequiliter ad credendum tenentur, sive majores, nempe, Magistros, sive minores, nempe, vides.

Primo. Unusquisque tenetur ad vitandum omnes errores, qui sunt contra fidem: sed hoc facere non potest, nisi explicite cognoscatur omnes articulos, contra quos sunt errores; ergo &c.

Secundo. Sicut mandata dirigunt in operandis: ita articuli in credendis, sed quilibet tenetur scire omnia mandata Decalogi: non enim excusaretur, si per ignorantiam aliquid eorum omitteret; ergo &c.

XVIII. Confirmantur haec. Sicut per precepta legis vitantur peccata mortalia, ita per articulos vitantur errores haereticos: sed aliquis tenetur servare omnia precepta legis, ut omnia peccata vitet; ergo tenetur credere omnes articulos fidei, ut omnes errores, & haereses vitet. Sed non potest facere, nisi qui habet fidem explicitam de omnibus articulis; qui enim scit aliquid implicite, & in universali, potest errare in particulari; ergo tenetur quilibet habere fidem explicitam de omnibus articulis.

XIX. Respondet, neg. ant. Ad primam probat. Respondet D. Thom. 2. q. 14. de Verit. a. 11. ad 2. neg. min. Ille enim, qui non credit explicite omnes articulos, potest committere errores articulo rum, quos solum implicite videt: ut scilicet, cum fidei proponantur quae insulsa, suspensa habent, & assensus differt, quosque instruat per eum, cujus est dubia in fidei determinatione. Sed quid, si ille, cujus est instruat, doceat contrarium articulo fidei? Respondet, quod errabit quidem; & si illi assensum, assensus ille non erit verus fidei iustus: non tamen erit haereticus, nec culpabilis, si diligentiam, quam debet, adhibeat. ut dubium, si forte manet, a se tollat: nam ideo ita credit, quia putat, licet falso, hanc esse fidem Ecclesiae.

XX. Ad secundam probat. Respondet D. Thom. citato loco ad 3. conc. praemissis, neg. conf. Nam mandata Decalogi sunt de his, quae naturalis ratio dicitur: & ideo quilibet tenetur ea explicite cognoscere: non est similis ratio de articulis fidei, qui sunt supra rationem.

XX. Ad confirmat. respondeo ex S. Thom. in 3. dist. 25. quae. 2. a. 1. quae. 2. ad 3. dist. conf. Quando urgeat praecipuum eos credendi, conc. conf. Semper. nego conf. Ad praescripta negativum (inquit S. Doctor) tenetur semper, sed ad praescripta affirmativa tenetur homo semper, sed non ad semper, sed loco, & tempore determinatio. Praescripta autem affirmativa sunt de actibus virtutum; ergo ad actum virtutis semper exercendum homo non tenetur, nec quantum ad omnes mores, quibus potest ille actus exerceri; sed sufficit, quod homo tempore debito operetur. Et ideo etiam non oportet, quod homo habeat explicitam cognitionem de omnibus articulis fidei, sed de aliquibus, qui sunt necessarij secundum tempus illud: & per hoc sufficiens vitantur omnes errores, & habitaciones. Quia sicut habitus temperantia inclinat ad resistendum luxuria: ita habitus fidei inclinat ad resistendum erroribus, qui sunt contra fidem. Unde in tempore, quando emergit necessitas explicite cognoscendi, vel propter doctrinam contrariam, qui imminet, vel propter motum dubium, qui insurgit: tunc homo fidelis ex inclinatione fidei non consentit his, qui sunt contra fidem, sed differt assensum, quousque plenus instruat.

XXII. Obijci potest quarto, eos, qui in Ecclesia sunt majores, non teneri explicite plura credere, quam minores. Primo. Nam habitus fidei est idem specie in omnibus Fidelibus; ergo, si aliqui tenentur explicite credere omnia, quae sunt fidei; ad hoc tenentur omnes.

Secundo. Minores examinantur de omnibus articulis, etiam difficultibus, & damnantur ut haeretici, si male respondent: hoc autem non esset, nisi eos scire tenentur; ergo omnes, etiam minores, tenentur explicite scire &c.

XXIII. Respondet, neg. ant. Ad primam probat. neg. conf. Ut enim docet S. Thom. 2. q. 14. de Verit. a. 11. ad 2. non est ex differentia habitus fidei, quod aliqui tenentur explicite credere, & quod alii tenentur credere solum implicite, sed propter diversitatem officii. Nam qui ponitur ut Doctor fidei, debet explicite nosse ea, quae debet, vel tenetur doce-



Confirmatus. Si quis ex affectu naturali ad temporalia moveatur ad erudendum, is non credit fide vere theologica; ergo multo minus si moveatur ex affectione vitiosa, & depravata intentione.

III. Secundo prob. Ut ostendimus Tom. I. in 1. 2. 9. 3. de Aff. Human. moralit. dub. 4. Actus ex fine malus, totus est malus, nec a vera virtute proleat potest. Unde Arist. in lib. Ethic. constituit differentiam inter veram, & fucata virtutem dicit, quod illa respicit honestum; ista vel propriam utilitatem, vel aliud citra honestum: hinc elargitio pecunie ex motivo proprii commodi, sive inanis gloriæ ascribitur fucata liberalitati; non vere, quemadmodum si procedat ex motivo honestatis; ergo a fortiori virtus theologica fidei ita debet respicere honestum, ut actus credendi a motivo non honesto procedens, sit actus, non vera, sed fucata fidei theologice.

IV. Tertio probatur. Licet fides informis non sit virtus perfecta, seu habitus statum perfectæ virtutis; est tamen dispositio ex natura sua tendens ad esse perfectum virtutis: sed nemo potest male uti habitu virtutis, puta, prudentie, quæ essentiam virtutis habet, esse non statum perfectum virtutis, quia est dispositio ad statum perfectum, ergo &c.

V. Confirmatur. Si fide informis potest quæ male uti, peccando venialiter; ergo & peccando mortaliter, ut si constituit ultimum finem in vanagloria: & sic credere Deum esse Unum, & Trinum ex dono Dei, & fide infusa, esse poterit peccatum mortale, quod videtur absurdum. Maj. pat. Ex quo enim potest quis male uti scientia, venialiter peccando, potest etiam ea male uti, peccando mortaliter.

Rursus: Si fide informis potest quis male uti peccando venialiter, poterit male uti fide formata, peccando venialiter; quia habitus charitatis non repugnat esse cum peccato veniali; sed hoc est falsum, quia actus fidei formatae actu formali, vel virtuali referuntur in Deum; ergo &c.

S. II.

Fundamenta contraria.

VI. Primo arguunt. Idem actus moralis potest esse bonus, puta, ex fine; ergo idem actus potest esse actus virtutis fidei, & ex objecto bonus, & malus ex fine.

VII. Respondet, nego ant. Oppositum enim docuimus citato Tom. I. in 1. 2. 9. 4. de Aff. Human. moralit. dub. 4. 9. 2. quo studiose remitto. Interim dico, quod actus vitiosus ex fine, totaliter vitiosus evadit; & ipsum objectum amittit propria bonitate, hic, & nunc malitia finis inhonesti inficitur. Ut enim ex lib. 2. de Lib. arb. cap. 19. repetit, & probat Augustinus lib. 1. Retract. cap. 9. *Virtutibus nemo male utitur; ceteris autem bonis, id est mediis, & minimis, non solum bene sed etiam male quisque uti potest. Et ideo virtutes vero male utitur, quia opus virtutis est bonus usus istorum, quibus etiam non bene uti possunt; nemo autem bene utendo male utitur.* Et sine: si enim habitus vitiosus ita est determinatus ad malum, ut illo non possimus uti ad bonum, ita habitus virtuosus ita erit determinatus ad bonum, ut illo non possimus uti ad malum.

VIII. Sed instatur. Hoc est quidem verum de virtutibus moralibus, quæ respiciunt appetitum rectum: non autem de fide, quæ est habitus intellectualis datus ad bene cognoscendum, non ad bene operandum.

IX. Huic instantie respondimus Tom. I. in 1. 2. citatis locis, dub. 4. S. 3. num. 27. quæ recoli possunt. Modo dico ad min. Fidem esse virtutem intellectualem, non mere speculativam, sed & practicam, a Deo infusam; non ut mere cognoscamus, sed ut tali cognitione, qua credimus, ad bona reprovocamur per spem, & charitatem tendamus: unde ad erectionem non ab evidentia objecti, sed a pia affectione per Spiritum Sanctum infusa movemur; & consequenter ad credendum ex fine, & appetitu recto. Quare D. Thom. quæst. unica de Virtutibus a. 7. ad 5. ait: *Per actum scientia, aut aliquid salis habitus potest homo mereri secundum quod imperatur a voluntate, sine qua nullum est meritum. Tamen scientia non ad hoc perficit intellectum... Non enim ex eo, quod homo habet scientiam, efficitur bene velens considerare, sed solummodo bene potens. Et ideo mala voluntas non opponitur scientia, vel arti, seu prudentia, vel fidei, aut temperantia.* En quomodo S. Thom. eodem modo, quoad voluntatem rectam loquitur de fide, ac de prudentia, ac temperantia.

X. Secundo arguunt. Qui ex motivo inhonesto inanis gloriæ præbet assensum, vel confitetur aliquid mysterium, vere assensit, & confitetur propter auctoritatem divinam; quia si non esset divina auctoritas, nec assensit, nec confiteretur; ergo assensit, & confitetur fide divina.

XI. Respondet, dist. ant. Propter auctoritatem divinam tamquam quid præsuppositum, conc. ant. Tamquam rationem formalem credendi, & confitendi, neg. antec. Quando enim intentio finis se habet antecedenter, & est causa voluntatis interioris, non est diversum objectum voluntatis a fine intento; sed finis, seu ordo ad finem accipitur, ut ratio formalis objecti: cum ergo quis, ob finem vanæ gloriæ, eligit tamquam medium confessionem fidei, ratio formalis confitendi eam est ipsa vanagloria; auctoritas autem divina se habet solum ut quid præsuppositum ad talem actum. Ex quo fit, ut talis confessio, non ex pia affectione erga Deum, sed ex inordinato affectu erga propriam gloriam procedat; & consequenter non a fide theologica, sed naturali: quamvis

ipse existimaret, & diceret, se credere ob auctoritatem divinam. Sicut dicemus de hæretico, qui licet dicat, se assentiri articulo, quomodo credit, ob auctoritatem divinam, revera tamen non assentitur.

XII. Tertio arguunt. Sacerdos ex depravata intentione finis inhonesti confersans, vere confecrat. — Item sicutiens Baptismum ex depravata intentione finis turpis, vere suscipit Baptismum; ergo Fidelis assensum mysteriis fidei, vel eorum confessionem palam emittens ex depravata intentione finis, elicet actum vere fidei theologice.

XIII. Respondet ad 1. quod character Sacerdotalis, quo Sacerdos confecrat, potest auctore, utpote indifferente ad bonum, & malum: potest quæ bene, vel male uti. Unde Sacerdos ex prava intentione confersans, sacrilege quidem confecrat, sed vere, ac valide. At fides est virtus, vel tendens ad perfectionem virtutis; virtus autem, utpote pertinens ad speciem habitus, est determinata ad bonum, sicut vitium ad malum. Unde, sicut non potest quis uti vitio, sciendo, ut inhiat in actu bonum; ita nec potest uti virtuti, sciendo, ut inhiat in actu malum.

Ad secundum jam respondi citato Tom. I. in 1. 2. 9. 3. de Aff. Human. moralit. dub. 3. S. 3. num. 29. quod depravata intentio in suscipiente Baptismum, puta, vanagloria, vel solum concomitantem se habet; & sic non impedit, nec validitatem, nec fructum Baptismi. Vel se habet antecedenter, ita ut ex intentione inanis gloriæ moveatur ad suscipiendum Baptismum; & sic cum excludat debitas dispositiones, impedit fructum Baptismi, valide tamen esset baptizatus: quia ad Baptismum valide recipiendum sufficit voluntas inquis suscipiendi, & debita materia, & forma cum intentione Ministri.

XIV. Quarto arguunt. Prophetia est gratia gratis data ordinis supernaturalis, & in ista divina revelatione; sed prophetia potest quæ ex male intentione, ut patet in Balaam, Cayphas &c. ergo etiam credere.

XV. Respondet ex D. Th. Lect. 4. super c. 11. Joan. quod in prophetico dicto Balaam, & Cayphas duo sunt consideranda, nemp; mens, & imaginatio intenta ad malum; & exterior denunciatio, sive locutio per linguam. Quantum ad primum, nec Balaam, nec Cayphas donum prophetiæ habuerunt; quia mens, & imaginatio eorum non movebatur a Spiritu S. per clarum illuminationem, qua foleo movere prophetas, ut videant, quod annunciant; & ideo eorum mens, & imaginatio ad malum intenta manet. Quantum autem ad secundum, habuerunt actum propheticum; quia Spiritus S. movit eorum linguam, ut proferrent modum, quo benedictio, & salus populi impleverunt. Unde concludit: quod non dicuntur Prophetæ, nisi in quantum habuerunt propheticum actum in denuntiatione, & imaginatione, & ratione eorum in contrarium existente. Ex quo patet, quod non magis possunt dici Prophetæ, quam Afsina Balaam. Ex hac doctrina, dist. min. Spiritu S. movente os, & linguam ad externam denuntiationem contrarium menti, & prave intentioni, conc. min. Movenie mentem ad malum intentam, neg. min.

Alter respondet Mag. Benez, quod prophetia, & alia gratis data datur in utilitatem aliorum, ut docet D. Th. 1. 2. q. 111. a. 1. & 4. unde bona, vel mala intentio ejus, qui cooperatur, dummodo faciat exterius id, quod ad salutem aliorum ordinatur, nihil nocet. At fides dicitur unicuique ob suam ipsius salutem; & ideo nemo potest illa male uti, sicut nec habitus virtutum aliter imperfectis. Esto, autem fides informis ex parte subiecti potest compati cum affectu habituali ad peccatum: ex sua tamen specie, & natura nequit moveri ex actuali affectu ad malum.

XVI. Quinto arguunt. Potest Deus fieri peccatorum alicui, ne credit, seu ne eliciat actum fidei; & homo ille frangere hoc præceptum, & elicere actum fidei theologice; sed in tali casu actus ille esset peccaminosus, & tamen a fide theologica procedens; ergo &c.

XVII. Respondet, hoc argumentum nihil concludere. Nam simile potest fieri formati de actu Spei, & charitatis: qui tamen in communi sententia deputati esse debent ab omni malitia, ex quocumque capite proveniente. — Nego igitur, possibile esse præceptum divinum prohibens bonum supernaturale, præcipue internum. Actus enim supernaturales fidei, spei, & charitatis nunquam possunt impedire opera sublimiora, propter quæ ejusmodi actus prohiberi debent; sed potius ad illa maxime conducunt. Ideoque neque cogitari præceptum rationale, quale debet esse præceptum divinum, quod instant, ejusmodi actus cessare debeant; ut si eliciantur evadant mali, & peccaminosi.

QUESTIO III.

De subiecto Fidei.

De subiecto habente fidem procedit questio præfens, in qua examinabimus: an fides fuerit in homine in sui prima conditione, in Angelis pro statu via: an modo sit in Demoniis, in Damnat, in animabus Purgatorii, & tandem in hæreticis.

DUBIUM I.

An Homo in sui Conditione, & Angeli pro Statu Via habeant Fidem Theologicam?

S. I.

Quædam Referuntur.

I. Suppono ex dictis Tom. 1. in 1. part. Tract. de Angel. quæst. 7. Dub. 3. S. 1. & 2. Angelos, qui modo sunt beati, non fuisse a sui conditione beatos; sed de facto meruisse beatitudinem, & pro aliquo tempore fuisse viatores, antequam beatitudine supernaturali donarentur. Quanto autem tempore via bonorum Angelorum duraverit, ibidem ostendimus.

II. Probabile iudicavit Durandus, in Angelis non fuisse fidem: motus ex eo, quod habuerit evidentiam divinæ revelationis, cum qua, inquit ipse, nequit stare fides de re revelata. Evidentiam autem divinæ revelationis eos habuisse, ostendit: quia Angeli tunc evidentem cognoscerebant, se de mysteriis supernaturalibus edoceri: & insuper evidenter cognoscerebant, se non ab alio edoceri posse, quam a Deo. Evidenter enim sciebant, (maxime supremus Angelus) nullam esse creaturam superiorem, a qua edoceri possent: cum evidentiam divinæ revelationis nequit (inquit ipse) stare fides.

III. Ludovicus autem Vives in Comment. lib. 9. de Civitate Dei cap. 22. id certum putat ex S. August. ibi, ubi dicit, quod Angeli certius etiam temporalia, & mirabilia ista noverrant, quia eorum principales causas in Verbo Dei conspiciunt, per quæ factus est Mundus. Hoc autem Angelos vidisse ab initio suæ conditionis, videtur affirmare idem S. August. ibi lib. 11. cap. 9. ubi ait, Angelos nunquam esse peregrinos; Et lib. 2. de Genes. ad lit. cap. 3. dicit, quod Angeli, ex quo facti sunt, vident res in Verbo. Quam opinionem quosdam etiam suo tempore fuisse amplexatos, testatur S. Thom. hac. 2. q. 1. art. 1. his verbis: *Quidam dicunt, quod in Angelis ante confirmationem, & lapsum, & in homine ante peccatum non fuit fides, propter manifestam contemplationem, quæ tunc erat de rebus divinis.* Cum communi tamen sententia, sit

S. II.

Resolutio Dubii.

Dico. Certum est omnino, quod Angeli boni ante confirmationem, & mali ante lapsum, & primi Parentes ante peccatum habuerunt fidem theologiam: & hanc in sui conditione acceperunt. Priorem partem docet S. Thom. citatus, & probat primo ex celebri Pauli dicto, Heb. 11. v. 6. *Credere enim operari accedentem ad Deum, quia est, & inquisivitibus se remunerari fiet: sed Angelus, & homo in sui prima conditione erant in statu accedendi ad Deum; ergo fide indigebant.*

V. Secundo probat. *illa sola manifestatio excludit fidem de re velata, per quam redditor apparet, vel visum id, de quo principaliter est fides: principale autem objectum fidei est veritas prima, cuius visus nos beatos facit, & fides succedit.* Sed Angelus, dum erat viator, & homo ante peccatum non habuit illam beatitudinem, qua Deus per essentiam videretur, ergo non habuit fide manifestam cognitionem, quod excluderet ratio fidei. Majorem probat. *Quia ex Apostolo, Heb. 11. v. 1. fides est sperandum substantiam rerum argumentum non apparentium.* Et ex Augustin. Tract. 40. in Joan. & lib. 1. QQ. Evang. cap. 39. *Per fidem eruduntur ea, quæ non videntur.*

VI. Tertio probat. Quod in aliquo non sit fides, evenire potest, vel quia ignotus ei est illud, de quo est fides, utpote supernaturalis, & excedens vires nature; vel quia ejus via jam consummata est: fides enim est inchoatio vite æternæ in intellectu, sicut spes, & charitas sunt inchoatio ejusdem in voluntate: unde in eo, in quo vita consummata est, non potest esse amplius fides, ut in Beatis: sed in Angelo, aut primo homine nulla ex his rationibus militabat; ergo &c. Min. prob. Ut suo loco docuimus, Angeli, & homo fuerunt creati in gratia: ergo in illis erat vis, & lumen ad cognoscenda mysteria supernaturalia. Ex alia autem parte Angeli, aut homo non fuerunt creati in beatitudine, quæ est gratia consummata, ut patet ostendimus; ergo in illis erat locus fidei.

VII. Notat tamen S. Doctor, quod cum in objecto fidei unum sit quasi formale, scilicet, veritas prima super omnem naturalem cognitionem creaturæ existens: & aliquid quasi materiale, sicut id, cui assensus inhorando primo veritatis. Quantum ergo ad primum hanc fidem non habent omnes habitus cognitionem de Deo: sicut beatitudinem naturam adepti, inhorando primo veritatis. Sed quantum ad ea, quæ materialiter credenda proponuntur, quodam sunt crediti ab uno, quæ sunt manifeste scita ab alio, etiam in statu presentis. . . & secundum hoc etiam potest dici, quod Angelus ante confirmationem, & homo ante peccatum, quodam de divinis mysteriis manifesta cognitione cognoverunt, quia nunc non possunt cognoscere, nisi credendo; ut ibi ad 1. eorum contemplatio erat alior, quam nostra; per quam magis de propinquo accedentes ad Deum, plura manifeste cognoscere poterant de divinis officiis, & mysteriis, quam nos possimus: unde non inerat eis fides, quasi quæreret Deus absens, sicut a nobis quæritur. Erat enim eis magis præsens per lumen sapientiæ, quam sit nobis: licet nec eis esset ita præsens, sicut est Beatis per lumen gloriæ. Quæ tamen intelligenda sunt de illis, quæ per accidens ad fidem pertinent, cum per se scientiæ cognosci possint: non de illis,

quæ per se ad fidem pertinent, nec possunt ratione demonstrari.

VIII. Secunda etiam pars, quod Angelus, & homo fidem habuerint in sui conditione eis infusam, constat. Quia, ut ostendimus Tom. 1. in 1. part. Tract. de Angelis Q. 7. Dub. 2. S. 2. Tom. 1. de Homine Q. 3. Dub. 3. tam Angelus, quam homo creati fuerunt in gratia sanctificante: sed gratiam sanctificantem, nondum consummatam, comitar fides; ergo &c.

IX. Ex his respondeo ad rationem Durandi, juxta duplicem sententiam, quæ etiam inter Thomistas versatur. Vel enim evidentia attestations flare potest cum obscuritate rei revelate, & consequenter cum fide, ut plures volunt; & in hac sententia quamvis Angelus supremus evidentiam haberet, quod Deus erat, qui ei revelabat mysterium, puta, Trinitatis; adhuc tamen illud manifeste non videbat, & sic poterat habere fidem de illo. Vel, ut alii volunt, evidentia attestations cum obscuritate, & fide rei revelate flare nequit: & sic dico, quod Angelus est effectus certus, quod revelatio illius mysterii fidei fieret a Deo; hoc tamen non erat illi evidens: non enim evidenter sciebat, se a nulla creatura edoceri, sed nullam creaturam esse supra ipsam, saltem in ordine ad supernaturalia, sive ob altam causam.

X. Ad fundamenta Ludovici Vives dico, S. Aug. primo loco allatum non loqui de cognitione, quam Angeli habuerunt antequam in gratia essent confirmati: sed de ea, quam modo habent Angeli beati, conditissima ab ea, quam habent Demones. Unde concludit: *Itaque non solum æteri, verum etiam hæretici sunt. Bonum autem, quo beati sunt, Deus illis est, a quo creati sunt. Illius quoque ineluctabiliter participative, & contemplatione proficiuntur.*

Ad aliud ex eodem August. dico, cum velle, Angelos nunquam fuisse peregrinos, non quia nunquam habuerint fidem: sed, vel quia nunquam fuerunt extra statum gratiæ; sed ab initio æternæ lucis participes facti sunt; ut ibidem asserit in fine capituli; vel quia, esto fidem habuerint, non ita tamen, ut ea quæreretur Deus absens, sicut a nobis quæritur; ut ex D. Thom. nuper dictum est.

Ad tertium ex eodem S. Doctore respondeo, Angelum habere duplicem cognitionem rerum in Verbo: unam naturalem, qua cognoscit res in Verbo, id est, per rationes rerum a Verbo in eorum natura participatas: Verbum enim rationes rerum, quas in se habet, prius effundit in cognitionem Angelorum, quam in se ipsis esse produceret; & hæc cognitio nem in Verbo, nimirum, in sua matris participato, habuit Angelus ab initio: & de hac loquitur August. *Altream gloriæ, qua cognoscit res in Verbo intuitivo; & in se ipso: & hinc non habuit ab initio, alias ab initio fuisset beatus.*

DUBIUM II.

An in Demoniis, Damnat, Animabus in Purgatorio existentibus, & eandem in Beatis sit Fides Theologica?

S. I.

De Demoniis, & Damnat.

Durandus tenet, quod si Demones, dum fuerunt viatores, habuerunt fidem, eam adhuc conservant quoad habitum; esto non quoad actum; quia non credunt propter auctoritatem Dei, sed propter signa, quæ vident; quod etiam sentit de Damnat. Communis tamen sententia est negativa: nec desunt, qui oppositam censent periculofam, & errori proximam.

II. Dico. In Demoniis, aut Damnat, etiam qui fidem habuerunt in hac vita, non manet fides infusa theologica, neque quoad habitum. Ita S. Th. hac. 2. q. 9. a. 2. in 2. dist. 23. q. 3. a. 3. qu. 1. ad 2. ubi ait: *Fides, quæ est in eis (Demoniis) non est habitus infusus, sed in naturali cognitione procedit.* Et Q. 14. de Verit. a. 9. ad 4. *Crederet (inquit) quævis dicitur de ministris fidelibus, & de Demoniis; nec est in eis fides ex aliquo lumine gratia infusa, sicut est in fidelibus.* Rationem autem citatis locis dat: quia credere, ut est ab habitu fidei infusa, est credere voluntarie, non coacte: nimirum, ex evidentia signorum convincentium intellectum, quod ea, in quorum constellationem sunt, sint dicta a Deo: sed Demones non voluntarie credunt, sed ad credendum indigentur convicti, & terræ evidentis signorum, quæ in confirmationem fidei videntur, & in dies fieri vident: unde Jacobi 2. v. 19. dicitur: *Et Demones credunt, & contremiscunt;* ergo &c.

III. Confirmatur. Ex D. Thom. hac. q. 9. art. 2. ad 2. habitus fidei infuse debet procedere ex pia motione voluntatis, inclinantis intellectum ad assentiendum revelationi ex affectu ad bona credentibus reprovocata: est enim teste Apostolo. *Hebr. 11. vers. 1. Sperandum substantiam rerum argumentum non apparentium: atqui in Demoniis, aut Damnat, utpote hereticis, & oblatinatis in malo, & jam incapacibus consequendi, imo & sperandi bona reprovocata, locum non habet profata pia motio, & affectio; ergo &c. Unde concludit S. Thom. Fides, quæ est in Demoniis, nec est donum gratia: sed magis cogitur ad credendum ex perficitate naturali intellectus. Scilicet, ut ait 3. dist. 23. quæst. 3. art. 3. quæstion. 1. in quantum ex ea ipsa naturali cognitione simul, & ex miraculis, quæ videntur, supra naturam esse, multo subtilius, quam veritas, cogitur ad credendum ea, quæ naturalem ipsorum cognitionem excedunt.*

IV. Dices pro Durando, ex hoc solum inferri, in Demoniis & damnat non dari actum fidei infuse, cuius pro illo statu